

nes & sententias hæreticorum, Valentini, Marcionis, Hermogonis, Manichæorū, &c. iam olim etiam à Sanctis patribus, Iustino Martyre, Irenæo, Tertulliano, Augustino ac aliis refutatas, quibus illi peccati causam Deo adscribere non sunt veriti.

Damnan-  
tur hære-  
tici vete-  
res.

4. Cum verò ex Zuinglii & Calvinii Scholis prodierint homines hoc tempore, qui unà cum ipsis negant quidem verbis Deum peccati & malarum actionum autorem, sententiam tamen, ex qua illud sequitur, acriter propugnant, adscribentes lapsum primorum parentum, peccata, & alias malas actiones voluntati, decreto, mandato, operationi, excitationi, motui, impulsui, internæ & particulari Dei actioni, quemadmodum multa illorum  $\Phi\omicron\lambda\eta\kappa\acute{\alpha}\ \alpha\iota\chi\acute{\iota}\sigma\mu\alpha\tau\iota$  annotavimus disput. 4. Tom. 1. disp. Marpurgensium.

Zuingli-  
ni.

5. Neq; verò ratio illorum à fine sumpta militat: Oportuisse hominem labi (Consilio scilicet, voluntate & decreto Dei) ut Deus haberet argumentum declarandæ bonitatis in Electis & iusticiæ in reprobis.

6. Deus enim summè bonus & iustus &  $\chi\rho\epsilon\iota\alpha\nu\ \acute{\epsilon}\chi\epsilon\iota\ \alpha\nu\delta\rho\delta\varsigma\ \acute{\alpha}\mu\alpha\rho\tau\omega\lambda\grave{\alpha}$  Sirach. 15. v. 12.

7. Imò neq; Deus eiusmodi decretum fe-